



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica
Recapitvatio**

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Die trigesima Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

Vigesima nona Augusti.

De sancta Verona virgine.

Ex informatione accepta ad diuam Veronam, ac alibi.

IN territorio Louaniensi, natalis VERONÆ virginis beatæ. Hæc quiescit inter Louaniū & Furam, in ecclesia sanctæ Crucis, quæ modò dicitur ad sanctam Veronam, iam pridem in Camerensi, nunc in Mechliniensi diœcesi. Natalem habet in die decollationis Baptistæ, quem etiā in lacero Missali in Egenonis curia antiquissimis characteribus, sequentibus verbis notatum obseruauit: *Veronæ virginis beatæ in ecclesia sanctæ Crucis.* Non est tamen, præter morem Gallicanæ ecclesiæ, ex humo eleuata, sed in medio ecclesiæ sepulcrum virginis frequentatur, & extra ecclesiam fons eius contra febres potatur. Vidi de ea proprium officium in Lembecana S. Veroni fratriis sui ecclesia, ubi à plebeis Veronica nominatur.

a Teutonice, Eegen-houen.

Die trigesima Augusti.

De sancto Agilo, abbe Resbacensi.

Ex vita sancti Audoëni, ac aliunde.

REsbaco monasterio cognomento Ierusalem, sancti Agili, eiusdem loci abbatis, qui multis virtutibus claruit. Habitauit extra Belgum in diœcesi Meldensi, intra Brigensem saltum, ad fluuiolum

Septemb. 1.

N A T A L E S

S. Audoëni fluminiolum Resbacem, vbi sanctus Audoënus co-
vita, 24. gnomento Dado, dum adhuc esset auricularius
Augus. ca 7. & referendarius regis Dagoberti, monasterium
construxit, quod Ierosolymam dici voluit, cui
abbatem præfecit sanctum Agilum, accitum ex
almi patris Columbani Luxouiensi monasterio,
virum in disciplinis regularibus apprimè erudi-
tum. Cui in Domino obdormienti successit dis-
cipulus Philibertus. Hunc Bertinenses inter suos
sanctos celebrarunt, vsque ad acceptationem Ro-
mani Breuiarij, officio communi, nisi quod octa-
num responsorium proprium fuerit.

*Virtutum forma, vita rectissima norma,
Agile dulcis amor, tu pastor sanctus & abbas,
Virginitate tua nos ablue, nosq; perorna.*

Cuius facti aliam causam non imaginor, quam
quod Bertinus & Bertinenses sæpius eius consi-
lio & authoritate vñi sint, & eum veluti patrem
suum abbatem venerati sint, cum Luxouense
primarium professionis cœnobiu lōgius distaret.

Cap. 34.

Huius tamen nulla mentio est in Chronicis Bertinen-
sium Ioanne Iperio auctore, sed mentio ingeritur Agilo-
nis monachi sancti Apri Toletani: (Pro quo legendum
suspicor Tullani. Aper enim Tullensis fuit episcopus.) Is
autem vicarius fuit sancti Gerardi in regimine monasterij
sancti Bertini, non tamen sub nomine abbatis.

Dominica prima SEPTEMBRIS.

De supplicatione ciuitatis Louaniensis.

Ex archiis Louaniensium, ac aliunde.

Louanij in Baslica sancti Petri, solennitas re-
collectionis festorum beatissimæ Virginis
Dei